

17. Non possint mutuare nec naulizare aliquod nauilium.

Eodem millesimo, die II Julii.

Capta fuit pars quod ducha et consiliarii Crete non possint naulizare nec mutuare aliquod nauilium, nisi tres eorum fuerint concordes.

18. De rectoribus mittendis ad castrum Nouum.

Millesimo ducentesimo LXXXIXIII, die xxx Januarii.

85 Cum dicatur per aliquos consiliarios Crete quod rectores qui mittuntur Rethimum starent utilius pro communi nostro, et ad defensionem inimicorum in partibus Castrinoui, ponebatur pars quod commitatur duche et consiliariis Crete, quod hoc dicant et proponant in suo maiori consilio, et sicut ipsi maiori consilio bene uidebitur de hoc, pro utilitate communis, ita obseruent ipsi et obseruetur 90 per successores eorum. Capta fuit pars de stare firmi.

19. Possint uendere mensuram salis ultra duos sterlinos.

Millesimo ducentesimo LXXXV, die xvii Julii.

Cum in commissionibus duche et consiliariorum Crete contineatur quod non possunt uendere mensuram salis ultra duos sterlinos et modo per defectum sal sit carius solito nauilii, ita quod commune inde dampnum reciperet, si daretur 95 pro dicto precio. Capta fuit pars quod remaneat in libertate duche et consiliariorum uendendi mensuram salis ultra duos sterlinos sicut uidebitur eis non obstante capitulo suarum commissionum.

20. Fiant duo consiliarij ad Caneam.

Millesimo ducentesimo LXXXVIII, die xiii Januarii.

Capta fuit pars, quod decetero elegantur duo consiliarii ad Chaneam, et sicut 100 ipsi habebant yperpera CL in anno pro quolibet, sic habeant yperpera CC tenendo talem familiam et uarnitionem de pueris et equo, qualem habebant hactenus. Et non possint facere nec fieri facere mercatum per se uel per alios aliquo modo uel ingenio. Et sint consiliarii et camerlengi, sicut fuerint olim, et uadant cum primis rectoribus qui ibunt illuc.

3

Διατάξεις ἀφορῶσαι τὸν ταμίας Κρήτης.

1ον Περὶ πωλήσεως τοῦ τιμαρίου Ριτζάρδου καὶ τῶν ὑπαρχόντων του. Διεγράφη.

2ον Οἱ ταμίαι δὲν δύνανται νὰ ἐνεργῶσιν ἀγοραπωλησίας μετὰ τῆς κοινότητος. 1292, Ἰουνίου 28.

3ον Οἱ ταμίαι παύουσι νὰ ἔχωσι τὸ δικαίωμα νὰ ἐμπορεύωνται, πρὸς τοῦτο ἡ μισθοδοσία αὐτῶν αὐξάνεται εἰς ὑπέρπυρα 200 ἑτησίως ἀντὶ τῶν 150 ὡς μέχρι τοῦτο.

4ον Τὰ εἰς τὸ ταμεῖον Κρήτης κατατιθέμενα ἐκκλησιαστικά εἰσοδήματα δὲν δύνανται νὰ ἀναληφθῶσι κατ’ οὐδένα λόγον, οὐδὲ ὡς δάνειον, μόνον δὲ συμφώνως πρὸς τοὺς κανονισμοὺς τῶν ἐκκλησιαστικῶν εἰσοδημάτων.



Ἐπίσης, ἐπειδὴ αἱ εἰσπράξεις ἐκ τοῦ ἐμπορίου Κρήτης, ἔξοδεύονται πρὸς ἐπισκευὴν τοῦ κυματοθραύστου, τὸ δὲ ταμεῖον τοῦ λιμένος ὀφείλει νὰ δαπανᾷ πρὸς ἐπισκευὴν τῶν ἐπὶ τῆς ρούγας μαγίστρας οἰκιῶν, κατὰ βούλησιν τοῦ δουκὸς καὶ τῶν συμβούλων, διὰ ταῦτα αἱ ἐκ τοῦ ἐμπορίου εἰσπράξεις θὰ ἔξοδεύονται μόνον πρὸς ἐπισκευὴν τοῦ κυματοθραύστου τοῦ λιμένος καὶ τῶν οἰκιῶν τῆς ρούγας μαγίστρας. 1293, Ἰουλίου 26.

F°99^{to}***Incipiunt consilia ad camerarios Crete pertinentia.***

1. Vendant militiam Rizardi et omnia sua.
- Cancellatum inueni.

1

2. Non emant aliquid a communi nec uendant communi.
Millesimo ducentesimo LXXXXII, die XXVIII Junii.

Capta fuit pars quod addatur in capitulari camerariorum Crete, quod non possint aliquid emere a communi, nec aliquid uendere communi, nec emere aliquos denarios qui debeant dari per commune alicui, nec stare ad recipiendum aliquid a communi pro aliqua persona nec mittere aliquam suam barcham pro naulo in seruitium communis.

3. Non habeant mercatum et habeant libras CC. in anno.
Millesimo ducentesimo LXXXXIII, die VIII Julii.

Capta fuit pars, quod sicut camerarii Crete habebant yperpra CL. in anno pro sallario, pro quolibet et poterant facere mercatum, ita debeant decetero habere yperpera cc. in anno, et non possint facere nec fieri facere mercatum per se uel per alios aliquo modo uel ingenio et cum illa commissione que uidebitur. Et si consilium est contra sit reuocatum.

4. Deposita non possint tolli de camerlengaria.
Eodem millesimo, die XXVI Julii.

Capta fuit pars, quod comendarie que ponuntur in camerlengaria Crete non possint inde tolli nec per mutuum, nec aliter, nisi secundum formam recordationum ipsarum commendariarum.

Item quod sicut redditus comercli Crete, expenditur in aptatione moli, et portus ita etiam debeat expendi in aptatione domorum de super ruga magistra secundum discretionem duche et consiliariorum. Et non possit expendi dictum kommerclum in aliud quam in predictis molo, portu et domibus ruga magistre.

4

**Διατάξεις ἀφορῶσαι τοὺς διοριζομένους ὑπὸ τοῦ Δόγου, τῶν συμβούλων,
τῶν προέδρων καὶ τῶν 40 καὶ ὑπὸ τῆς Γερουσίας.**

4ον Δύναται νὰ πιραχωρηθῇ σῖτος εἰς τοὺς φέκτορας καὶ τοὺς στρατιωτικοὺς ἡμῶν. 1283, Σεπτεμβρίου 25.

5

